



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

XII. De Iudaeis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

definitur; si pauciores per nescientiam vel contentionem forte dissentiant; aut commoniti plurimorum sententiæ cedant, aut ab eorū cœtu cum dedecore confusionis abcedant, \* & excommunicationis annuæ sententiam luant. \* aut

## XII.

<sup>m</sup> \* Duodecima, quæ est finalis & vltima, sacratissimi principis obsecratione piissima, pro Iudæorum abominabili ac nefanda perfidia, execranda nostro cœtui perpatuit causa: quam idcirco in fine sententiarum censuimus esse ponendam, quoniam eandem gentem delicti sui merito reproductam, per diuinæ sanctionis oracula a capite \* positam \* seposita deflemus \* in caudam. Sed quia Christus, vt pro nobis, ita <sup>da</sup> quoque pro illis est mortuus, iuxta quod ipse ait: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierant domus Israel*; necessarium duximus summam pro eis impendere curam, pro quibus suam Christus ponere non dedignatus est animam. Ideoque principali clementia deuotissime \* præfauentes, quæ ob hoc sui regni apicem a Domino solidari præoprat, si catholice fidei pereuntium turmas acquirat (\* indignum orthodoxæ fidei principem sacrilegis \* imperare, fideliumque plebem infidelium societate polluere) nihil aliud pro his ex nostra sententia definitur, quam vt decreta Concilii Toletani, quod diuæ memoriæ Sisenandi regis aggregatum est tempore, a nobis ac posteris omnimoda suppleantur intentione. Quisquis autem ab eiusdem Synodi voluerit sententia dissentire, vt vere sacrilegum se nouerit condemnari.

Cōcil. Tol.  
4. c. 56. 57.  
58. 59. 61.  
& 62.

## XIII.

Diuinæ trinitatis inseparabile nomen, sicut inspiratione mirabili nostrorum tractatum primordia \* lineauit, \* illuminauit; ita consummatione sublimi \* eadem iam perficiendo \* eundem concludit: vt in illo sit nostrum explicuisse, a quo nobis adfuit \* concludat; inchoare. Damus ergo gloriam & honorem eidem sanctæ atque \* indiuisibili trinitati, quæ nobis \* ex se dicere contulit, & in se dicta compleuit, quæ reformauit in extremitate sæculorum remedia pietatum, & resoluit ligamina \* vinculorum. Sit gratiarum actio, salus, & benedictio exercituum Domino super serenissimum Reccesvinthum, principem gloriosum. Gratiarum actio, & reuerentiæ plenitudo, a nobis omnibus in commune, ipsi cle-

men-